

Cod. Paris. Lat. 1458
f. 197'—198'.

an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus crismatis liquore perungi. Quod sancta hac Romana, cui Deo auctore deservimus, ecclesia non agitur. Sed et quia sit a novae legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus. Ergo ad beati Innocentii¹ papae canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus^a, et quae tibi sint in consecrationibus et ordinationibus observanda, principia paginae ad Decentium Eugubinum episcopum missae te affatim edocebunt.

Cap. IV. De his vero, qui pro criminibus penitentiam gerunt et ad cingulum militiae revertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non aequalia sunt perhibesque alios horum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse^b, alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpae necnon et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem venientium praesens positus inspicere vales^c.

Cap. V. De his, qui filiastris suos ad confirma-

Cod. Vatic. Lat. 466 f. 55—55'.

cum ordinantur, manus crismatis liquore perungi. Quod in sancta hac^d Romana, cui Deo auctore deservimus, ecclesia non agitur. Sed et quia sit a novae legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus. Ergo ad beati Innocentii papae canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, et quae tibi sint in consecrationibus et ordinationibus^e observanda, principia paginae ad Decentium Eugubinum missae te affatim edocebunt.

De his vero, qui f pro criminibus penitentiam egerunt et ad cingulum militiae revertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non equalia sunt perhibesque alios horum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpae necnon et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem venientium praesens positus inspicere vales.

De his autem, qui filiastris suos ad confirmationem coram epi-

a) 'transmisimus' Hs. b) 'adissee' Hs. c) Aus 'valeas' korr.
d) 'ac' Hs. e) 'ordinabus' Hs. f) Aus 'que' korr.

1) J.-K. n. 311; Mansi III, 1028.